



De
ΣΚΛΗΡΟΚΑΡΔΙΑ,

s.
Duritia Mentis

e sententia Graecorum

Primo different,

PRAESES

M. VRBAN. GODOFR. SIBERVS,

Scand. Misn.,

&

M. IO. CHRISTIANVS VVEIDNERVS,

Annaeburg. Saxo,

Ambo Seren. El. Sax. Alumni.

Ad D. III. Iulii, A. M DC XCVII.

In Auditorio Minori.

VITEMBERGAE,

Prelo CHRISTIANI KREVSIGII, Acad. Typ.

11
SUMMI SENATUS ECCLESIA-
STICI ELECTORALIS,

Per-Illustri ac Generosissimo

DN. PRAESIDI,

*Magnificis, Summe-Reverendis, Consul-
tissimis & Excellentissimis*

ADSESSORIBUS,

DNO. suo gratioso,

& Moecenatibus sancte devenerandis,

hoc submissi cultus,

*& obsequii aeterni monumentum
dedicat,*

RESPONDENS.



Q. D. B. V.



Arium in transmittendis ad posteri-
tatem artibus & disciplinis institutum
fuit, hominum aetate & doctrina an-
tiqvissimorum, tectumque adeo &
abstrusum, ut miremur illud magis,
quam certa ratione assequamur. Ne-

scio enim an diviniior aliqua vis illorum mentes sic eve-
xerit, ut quae inde proficiscerentur literae, splendore
suo captum nostrum hebetarent, an potius diffusa sibi
quaedam dubitatio destinato consilio incerta ac flexu-
osa magis implicuerit, aut de posteritate sequior per-
suasio eo homines deduxerit, ut suas artes verborum
quasi velis obvolutas vel densis tenebris obruerent, vel
in profundo gurgite demersas sepelirent. Quod, pro-
ut quidem sese habeat, profecto posset illud cum da-
mno iunctum antiqvorum vitium perferri, si aliquo-
rum error caeteros ab iniuria futurae genti inferenda
revocasset, aut si unius forte Heracliti monumenta,
mortalium ex oraculi sententia sapientissimus censuis-
set δηλῆς γέτινος δειδῆται κολυμβητῆς, ὅς ἐκ ἀπο-
πνιγήσεται ἐν αὐτοῖς, aut si Chrylippi modo tene-
bras horrescens Arianus exclamasset: ἔρχομαι καὶ ἐπι-
ζητῶ τι λέγῃ, ἄρχομαι μὴ νοεῖν τι λέγῃ; sed cum
non paucis ista fuerit communis animi pertinacia, &

Diog. Laert.
cum Aldobr.
& Menag.
Obers. ed.
Lond. p.28.
Arrian. Com-
ment. ad E-
pict. l.1.c.
XVII.

Clem. Alex.
Strom. V. p.
571.

Gal. de rat.
Sill. in morb.
ac: Com. IV.
p. 115.

Baf. in ep. ad
τὸς ἐν Νεο-
καισαρ. λο-
γιστάτῃς
ed. Baf. p. 568.

Tzet. in ex-
plan. ad He-
siod. ed. Plant.
p. 104.

Cl. Alex. Pae-
dag. I. c. IV.
p. 84.

tacita veluti sua occultandi libido, ita ut iudicio Cle-
mentis ὅλα βιβλία ἐπικεκρυμμένην τὴν ἰδὲ συγγρα-
φέως βέλησιν ἐπιδεικνύοντα; digni sunt omnino,
qui orbis indignationem, & iustissimum contemptum
ferant, quo sua iam a longo tempore neglecta, & tacito
consensu plurimorum abrogata fuerunt. δίκαιον γὰρ
ἔστιν εἰ μηδεμίαν ἐκείνοι φροντίδα διὰ τὸ γινώσκειν
ἡμᾶς, ἃ γεγραφασιν, ἐποιήσαντο, μηδ' ἡμᾶς λι-
παρῶς προσκείσθαι, ζητῶντας τε καὶ καταμαν-
τευομένους, ὡς λέγασιν. At longe alia, & ab his se-
iuncta fuit ratio hominum sanctissimorum, quorum
animus ex angustiis quibus tenebatur spatiis, ad augusta
beatorum templa evocatus, divinius disciplinae in-
terpretamenta dedit, quae si quis segregata ab impuris
& turbulentis cogitationibus mente legerit, ταῖς ἀ-
χράνταις γὰρ, ἢ πάσης κηλίδος κεκαθαυμέναις ψυ-
χαῖς τὸ προφητικὸν ἐναυγάσει χάρισμα, nihil certe
quod obscurum, fallax aut ambiguum, sed singula per-
cepta probe, expressa quae plane, & cum ornatu aliquan-
do explicata sentiet, σαφῆ καὶ περιπεζίῳ λέξει, ὡς ὁ
διδασκαλικὸς λόγος παρακελεύεται. Aut si
quae forte lectioni deditum morentur, πολυτρόπως
γὰρ ἐνίοτε ἀλληγορεῖ, ὀνόμασι ποικίλοις τὸ ἀφε-
λὲς τῆς πίστεως ἐξαλλάττει ἢ γραφῆ, is suo non
interpretationis vitio medicinam ex praescripto sapi-
entum adhibere discat, ἢ μὲν τὰ σαφῶς γεγραμμέ-
να μὴ νοήσας κατὰ τὴν πρώτην ἐπιβελήν, καὶ δις ἢ
τρὶς

τρὶς καὶ πολλάκις ἀναγνώτῳ προσέχων τὸν νῦν. ἢ
γὰρ τῷ ποίησιν πάντως τῶν ἐννοήσιν σαφῶς ἐρ- Hipp. l. I. de
Arte Sect.
III. 59.
μηνευόμενον. Quod nos quidem ad sacrum aliquod
effatum nonnulla commentaturos, iure suo ab ex-
planatione ad verecundam admirationem vertere de-
buisse, praesertim cum non alieni prorsus a silentio
cum veneratione sacris monumentis debito essemus;
at cum instaret, urgeretque **Ἰσχυρίων** sacrorum Orato-
rum fere Princeps, cuius aliquando Cappadocia inge-
nii & erudite vocis theatrum extitit, laudaretque sub-
inde τὸ Φιλομαθὲς καὶ Φιλόπονον τῷ τρόπῳ ho Bas. praef. li-
bri ad Am-
phil. p. 443.
minum existimantium, ἔχρηται ἑδεμῖαν ἀδιερέυνη-
τον καταλιμπάνειν Φωνῆν, adiungens illico, τὸ πει-
ραῖσθαι τὸν ἐν ἐκάσῃ συλλαβῇ νῦν ἐξισχνεύειν ἢ ἀρ-
γῶν εἰς εὐσέβειαν εἶναι, ἀλλὰ γνωρίζοντων τὸν σκο-
πὸν τῆς κλήσεως ἡμῶν; cedendum primo his auto-
ritatis armis, mox etiam obtemperandum duximus.
Metuentes vero quosdam fore, qui quam nobis expli-
candam vocem sumimus, illustrem satis suaque luce
se defendentem iudicent, hos scire volumus Expla-
natori non obscuriora modo sed clariora saepe & in lu-
ce posita ad explicandum dari, idque, ut rectissime In- Gal. ad III.
Praed. Hipp.
Com. III.
terpres Cui Senis sensit, διὰ τῆς σπερδάζοντας καὶ αλ-
λάττειν τὴν κατὰ φύσιν ἐρμηνείαν ἀλλοκότες
μεταφορᾶς, ἠγῶντας ἀρετὴν εἶναι, λόγον τὸ δια-
παντὸς ἀφίστασθαι συνήθους, ὡς ἔδεν διαφέρειν, εἰ
καὶ πρὸς τὸ χεῖρον τις ἀφίσταται. Quo cum no-
stras

Cl. Al. l. II.
Paed. c. VII.
p. 173.

stras pariter ac caeterorum rationes in enarrandis aliorum dictis satis demonstratas arbitremur, iam quod summum Numen felix & faustum esse iubeat, in ipso hoc eruditorum coetu has explanationes, Clementis tamen lege ad diiudicandum sistimus: ἀπέσω δὲ ἡ φιλο-
νεικία, κενῆς νίκης ἕνεκεν λόγων, ἐπεὶ τὸ τέλος ἡμῶν ἢ ἀταραξία.

§. I.

Tertull. contra Marc. l.
V. ed. Bas. p.
304.

Iust. Mart.
Dial. cum
Tryph. ed. fol.
p. 357.

Arist. de
Moribus l. I.

Durities animi quam cavendam sacra monumenta suadent, apud Graecos una, sed e duabus vocibus conjuncta appellatione σκληροκαρδία dicitur, quam denominandi rationem, ita sibi propriam diviniore mortaliū doctores, eorundemque posterī fecerunt, ut saepius in horum quidem monumentis, raro aut nunquam in ullius profanorum libris legas, & mireris forte TERTULLIANVM adeo amore huius vocis captum esse, ut quamvis omnibus ad explicandum artibus ornatus esset, nec quicquam tamen voluptati aurium daturus, neglecta dictionis elegantia, discissoque minime, aut interrupto, sed confirmato maxime Graecorum vinculo *Duricordiam* ex eo forte instituto diceret, ut in ipso nomine contenta asperitatem rei, duro pariter & a Romanis abhorrente verbo demonstraret; quem secutus fere Langus obiectam a Iustino Tryphoni σκληροκαρδιον γνώμην. *duricordem mentem* parum eleganter reddidit. Nobis vero id permissum arbitramur, ut in partes divisa appellatione, unamquamque harum, quod nobis datum fuerit consideremus, si prius illam spem, licentiamque nostram in ipso Aristotelis praesidio collocaverimus, πεπαιδευμέναι ἐστὶν ἐπὶ τοσούτον τ' ἀκριβὲς ἐπιζητεῖν καὶ ἕκαστον γένος, ἐφ' ὅσον ἢ τῶν πραγμάτων φύσις ἐπιδέχεται.

§. II.

Ergo durum illud, quod e mente sanctiorum exterminari

nari volunt S. literae, nota satis, & recepta, si seorsim spectes, appellatione, divini doctores descripserunt, nisi immutatam paulo illam, & nova quasi decoratam facie contendere velis; hoc enim est, quod affirmant docti, voces plurimas, pari caeterum rerum fato, vel formae quoddam decrementum, vel incrementum potuisse.

Quod hoc quidem loco minus dubium videtur, praesertim cum Trojani belli scriptor, hac voce nunquam usus fuerit ad explendum vel exornandum numerum, sed diversa paulo alia, quam deinceps singuli Interpretes τῆ σκληρῆ notionem expresserunt. Hinc nemo dubitabit, antequam τῆ σκληρῆ, verbiqve σκληρύνω usus invalesceret, τὸ σκέλλειν potius & σκελετέυειν, τὸ ἀσκελές, & deducta inde alia, magis ab antiquis usurpata esse, donec tandem temporis successu, exinde τὸ σκληρὸν exoriretur. Quod testis locuples, & omnium neglectas vices expleturus, Praesul

ille Thessalonicensis confirmabit, qui ἀπὸ τῆ σκέλλειν τὸ σκλῶ, ἀρρητον illud ἢ ἀχρεῖον ῥήμα tum vero etiam τὸ σκεληρὸν deduci perhibet, quod Graeci, suavitatis causa soliti peccare, & suo more τὰ σοιχεῖα εἰς τὸ εὐγλωττότερον ἀλλάττοντες κατὰ συγκοπήν σκληρὸν dixerunt.

*Enstath. II.
ψ. 6. 191. ed.
Rom. p. 835.*

*Schol. Aristophan in Ab.
p. 549.*

§. III.

Qua quidem ratione natales vocis certi satis videri possent, nisi quem citavimus Eustathius vacillans quasi fluctuaret, & illud ipsum caput, in quo momentum rei collocatum credebamus, infirmum, Homerique verba, quae Hectoris extinctum corpus nube ab Apolline contactum inquit, μὴ πρὶν μὲν ἡελίοιο σκήλη ἀμφὶ περὶ χροάϊνεσσι ἢ δὲ μέλεσσι, dissensionem Interpretibus conciliaffe affirmaret, an τὸ σκήλη potius a σκάλλω, quam a σκέλλω repetendum esset. Horum argumento, εἰ γὰρ ἐκ τῆ σκέλλω εἶν, ὅθεν τὸ σκλῶ, διὰ διφθόγγων ἀν εἶχε τὴν παραλήγουσαν, cum premi virum videamus, gravatum isto pondere levemus, vel si aetati nostrae illa denegetur gloria,

ria,

ria, Interpres Coi Senis eruditam Praefulem ad ipsas antiquo-
 rum tabulas deducat, docturas quidem apud veteres diver-
 sam paulo literarum formam extitisse, eandem vero posteris
 neglectam, recentiores in errorem deduxisse. γραφόντων γὰρ
 τῶν παλαιῶν τὸν τε τῷ η. δίφθογγον, καὶ τὸν τῷ ε. δι' ἐνὸς χαρακτήρη,
 ὅς νῦν μόνῳ σημαίνει τὸν ἕτερον φθόγγον, πολλὰ γέγονεν ἀμαρτήμα-
 τα τῶν ἐγγραφομένων ἔκαστα κατὰ τὴν γνώμην τῶν γραψάντων τὴν μετά-
 θεσιν τῶν γραμμάτων ποιησαμένων. Vel si minus id ad perven-
 dendum valeat, accedat, qui ad nos pervenit antiquissimi
 Interpretis auctoritas, τὸ σκῆλη per σκληρύνη explicantis, qua
 quidem nos metipso ad credendum impulit, se illam, qua
 Homeri scribae usi, literarum formam affectum, (Φασὶ γὰρ
 ἔδὲ τῷτον ἐν γράμμασι καταλιπεῖν τὴν αὐτῆ ποιήσιν, ἀλλὰ διαμνη-
 μονευομένην ἐκ τῶν ἀσμάτων συντεθῆναι, καὶ διὰ τῷτο πολλάς ἐν αὐ-
 τῇ σχεῖν τὰς διαφορίας,) natales vocis explanatione sua vere de-
 monstrasse, hos vero frustra ab Eustathio τὸν τῆς παραληγῆσης
 δίφθογγον postulasse.

§. IV.

Sed ut proficiamus aliquid, nec horum expectationem
 retardemus, qui tenuem e dictis fructum consecuti, utiliora
 magis praestolantur, progrediamur, ostensuri qua mente apud
 veteres acceptum fuerit, & quam veracunde ex illorum libris
 ad sacra monumenta fuerit translatum. Quod dum moli-
 mur, non sine ratione illos accusamus qui de proprietate vocis
 solliciti neglecto tamen primo & vero hujus usu, in se-
 cundo seu translato snbstituerunt, sic, ut, quod sciamus, omni-
 um Eustathius ἐπὶ τῶν νασιῶν τῶν ἐν αὐτῷ, consveta animi solertia no-
 taverit, quem Varinus Camers, multo post secutus κυρίως ἐπὶ
 τῶν σωμάτων exponi, memoriae reliquit, ubi tamen adhuc
 haesitantes subveremur, ne ad τῶν σωμάτων censum τὰ αἰσθη-
 τὰ solum, interque ea τὰ δῆλα σώματα, vel οἰκετικὰ redegerit,
 qua appellatione servos, servasque antiquis orandi & iuris di-
 cundi peritis venisse, cum a nobis observatum, tum vero et-
 iam

Gal. in VI.

Morb. Popul.

Hipp. Com. III

Schol. Hom.

Il. ψ. 6. 191.

p. 376.

Ioseph. An-

tiqu. Ind. con-

tra Ap. l. II.

ed. Bas. p. 917

Eust. p. 871.

Var. Camers

in voce

ἀγρόικος.

iam ex Hier. Magio, & Casaubono, Maussaco confirmatum fuit. Quare non prorsus quidem Eustathii sententia suffragio doctorum roborata reiici meretur, praesertim cum *ναστόν*, seu densum illud aliis per τὸ πυκνόν, μέσον, μὴ ἔχον ὑπερφόντι explicetur, quin & ipse Philo, hanc orbis universi molem *ναστόν καὶ τῶν ὄντων βαρύτερον* dixerit; nec tamen omni absoluta numero censenda est, extantibus autoritatis summae viris, qui rerum ac verborum pariter ὀξύδερκέστατοι censores, de vero vocis usu tempestive monuerunt.

Hier. Mag. Miscell. l. 1. c. 12. Is. Casaub. l. V. Animad. in Ath. c. 10. Maussac. Not. ad Harpoc. p. 125.

§. V.

Et primus quidem inter omnes honor, divino arte & senectute venerando Hippocrati debetur, qui, ut medicinam cum rerum naturalium cognitione iunxerat, sic huius vocis sensum, quo diversarum rerum indoles exprimebatur, optime suggestit. Accedens enim ille proprius, & acrius contemplans, fereque digitis attingens σκληρόν dixit, τὸ τοῖς δακτύλοις ἔπιεζόμενον, quod tactui non cedit, quod digitis comprimi non potest. Quam Senis sententiam Princeps sapientum, ὅς ἐκ τῆς ἑαυτῆς ἀγχυνοίας τὴν ὅλην κατάρθωσε φιλοσοφίαν, qui titubantem fere sapientiam erexit iterum, & suo stare loco fecit, Aristoteles secutus, eadem fere ratione τὸ σκληρόν descripsit, τὸ μὴ ὑπεῖκον εἰς αὐτὸ διὰ τὸ ἐπίπεδον, quod Francisco Vatablo obscure convertente: non cedens in se ipsum secundum superficiem, nos circumscribimus, cuius extrema pars, seu superficies propter solidissimas totius corporis partes, intra se, vel introrsum cogi non potest. Et quo minus dubii relinquat Aristoteles, se Coo suffragatum, haud ita multo post fatetur, se tactu solo iudice durum a mollitie secernere, δῆλον, ὅτι καὶ τὸ σκληρόν καὶ τὸ μαλακὸν ἀπλῶς πρὸς τὴν ἀφὴν ἀρίσαμεν, ὡς μεσότητι χράμενοι τῇ ἀφῇ. διὸ τὸ μὲν

Heren: Philo, quem vulgus Ammonium vocat, in Vita Aristot. Aristotel. Meteorolog. l. IV. c. IV.

B

ὑπερ-

Plutarch. libr.
de exilio.

Suidas in voce
ἀντίτυπος.

ὑπερβάλλον αὐτῆς σκληρὸν, τὸ δ' ἐλλείπον μαλακὸν εἶναι φα-
μέν. Nec Chaeronensi, ὅς ἀδελφὰ τῆτοις ἐφιλοσόφησεν,
aliam fuisse mentem credimus cum τὸ σκληρὸν per τὸ ἀντί-
τυπον exponeret, quippe quod repellat ictum, illisumque
malleum resultare cogat; a quo etsi Suidas, arte magis
quam e veritate disputans, abire videatur, cum τὸ ἀντίτυπον
describeret, ἔ τὸ μὴ ὑπεῖκον τῇ ἀφῆ, ἀλλὰ πᾶν φυσικὸν σῶμα
τὸ προσπίπτον καὶ θυγγάνων τῆς ἀφῆς, Plutarchi tamen ma-
xime sententia, consensu plurimorum approbata, acuto
hominis commento anteferri debet. Qui vero τὸ σκληρὸν
per τὸ σερρὸν reddiderunt, etsi non aberrasse adeo putandi
sint, voce nimirum iisdem fere rebus attributa, quibus
cum τὸ σκληρὸν conferri solet, eademque Poetarum Prin-
cipis, & aliorum insuper auctoritate, confirmata; attamen
cum vix reperias, illam in translato sensu ad sinisteriores
partes tractam, sed σερρὰν ψυχὴν fortem & constantem ani-
mum in laude potius & honore collocatum esse, non a-
ptam satis judicamus, quae hoc quidem loco cum nostra
conferatur.

§. VI.

Sed non contentus aliorum more Cous, cum verbo
verbum commutasse, illud etiam egit, ut, quod in Home-
ro laude dignum censuit Porphyrius, αὐτὸς ἑαυτὸν τὰ πολ-
λὰ ἐξηγέμενον, modum simul atque rationes adderet, qua-
rum ope illud quod duritiem efficiat, cognosci posset.
Quas quidem nos prudentes praeterimus, modo memi-
nisse liceat Hippocratem τῆ σκληρῆ primordia in nimio ca-
lore collocasse, & illud non solum ἀπὸ τῆ θερμῆ, μάλλον
ξηρανθὲν σκληρύνεσθαι sed saepius praeterea ἀπὸ τῆ θερμῆ
πηγνύμενον, ξηραίνόμενον, κεκαυμένον & σερρέμενον affirmasse,
quem Philosophus una cum Galeno & magna reliquo-
rum turba sequens, durum quidem illud, in quo πλέον τῆ
ξηρῆ,

Hipp. de usu
humid. Sect.
VI. aph. IV.

ξηρῶ, sed ea tamē lege dixit, quā non ab igne modo aut calo- *de natur.*
 re, sed ab algore nimio nonnunquam τῆ σκληρῶ origo pe- *pueri. p. 138.*
 tebatur. Ita vero Aristoteles: Φανερόν, ὅτι ὑπὸ θερμῶ καὶ ψυ- *de diaet.*
 χρῶ συνίσταται τὰ σώματα, & Galenus κατὰ δὴ τὸν τρόπον σκλη- *libr. I. p. 179.*
 ρύνεται τὰ σώματα πότε μὲν διὰ βάρους ὅλα σφοδρῶς ψυχό- *Aristotel Me-*
 μενα, πότε δὲ ἰσχυρῶς ξηραίνόμενα. Nec tamen nobis tem- *teor. l. IV. c. 8.*
 perare possumus quin rem saepe agitatam animo, nec ad *Gal. ad II.*
 liquidum ratione perductam hic designemus. Renatus *Praed Hip-*
 enim Pedrierius Parisinus, carmen Orphei de gemmis & *pocr. Com. II.*
 lapidibus interpretatus, omnino nobis veritate excidisse,
 nec ad illam rediisse visus est cum duce suo, qui Trajecti
 nuper illum quasi emendatum denuo produxit. Cum enim
 Orpheus, vel quisquis demum parens atque autor fuerit,
 de lapide Corallio, quem Dionysius Alexandrinus, Peda-
 cius Dioscorides, & e latinis Plinius, vel ἀπὸ τῆς κόρης, vel
 ἀπὸ τῆς κερῶς Curallium dixerunt, memoriae mandasset, *Dionys. Alex.*
 illum e profundo maris eructatum & ab aere consolida- *ed Paris.*
 tum κρατυνομένην ὀρέασθαι, δηρὸν δ' ἔμετέπειτα πάγω περι- *Steph. p. 181.*
 παχυνθεῖσαν περῆσθαι: Renatus argumentis fide desti- *Plin. H. N. l.*
 tutis sic convertit: *glacie superinducta in petram degene-* *32. c. 2. p. 449.*
rat, quo se & rerum naturalium expertem, nec nimis adeo *Orph. ed. cur.*
 peritum Graecarum literarum prodidit. Etsi enim hoc *Ioh Chr.*
 vel maxime demus πάγον de glacie dici, hoc tamen loco, *Eschenbach.*
 quae supra maris oram surgunt petrarum asperiores emi- *Trai ad Rhen.*
 nentiae, ejusque ἐξοχαὶ πετρώδεις, ὄξειαι πέτραι, ὄχθαι, αἰ- *p. 224. 225.*
 γιαλοὶ tum saxa etiam & scopuli in littore defixi designan-
 tur, quo sensu & Homero usurpatum, & Interpretibus ac-
 ceptum fuit. Quare merito Bochartus, & suo quasi iure,
 quamvis hunc non emendarit locum, de caeteris tamen
 vere iudicavit: Barbarum Interpretem ita detorsisse sin-
 gula, ut nec quicquam fere boni sensus reliquerit.

§. VII.

Hinc verso gradu Coum repetentes audiamus, qua porro ratione durum illud exposuerit, haud vana enim spes implevit mentes nostras, fore, ut quas ille voces verbo addidit de vero sensu omnes certiores reddant, nec leve adeo consilium est visum, quo dignus purpura Porphy-

Porphyr.

*q̄baest. Hom.
a Camer. ed.
p. 300.*

rius iam dudum svasit ἐκ τῶν παρακειμένως ἔχόντων τὰς ἐξηγήσεις δεῖ παρατηρεῖσθαι, καὶ τὰ ἐν διαφοροῖς ἐπὶ τῆς αὐτῆς διανόιας παραλαμβανόμενα εἰς ἐξήγησιν τῶν ἀσαφεσέρων.

de diaet. I. II.

*p. 237.
de carn. p. 121.*

Quod dum exequimur, dignum memoratu arbitramur σκληρόν Hippocrati ξηλαῶδες seu ligno simile fuisse, quod idem paulo post ὁμοιον λίθῳ cum lapide aequiparandum duxit, idque hoc significantius, quo lapis ligno durior, ac firmior habetur. In qua divini hominis sententia, quantum veritatis insit ex eo licet colligas, quod mortalium doctissimos, & quos omnis aetas exemplo posteris ad imitandum dato, veluti magistros literarum coluit, suffragatores habeat, quos nemo certe sibi in rerum naturalium descriptione plus indulgisse iusto, aut nimia licentia defunctos credat, sed legi potius & instituto, doctrinaeque sapientum insistentes, conveniente rei & accommodata dictione explicasse. E multis vero scias Theocritum hoc sensu accepisse, is enim eius vim virtutemque veram expressurus non nudi lapidis, sed adamantis notione usus est,

Theocr. Idyll. 2

Idyll. 3. p. 116.

Idyll. X. p. 164.

εἴ τις ἔστιν ἐν τῷ αἰδῆ ἀδάμας, quod satis explanator sentiens, inspecta quasi mente viri divini spiritus ita transtulit, σκληρότερον ὧν δηλονότι ἴδ' παρ' ἡμῖν ἀδάμαντα; cumque idem ille virginem amori minus respondentem, prorsus lapidem εἰς τὸ πᾶν λίθον appellasset, Interpres brevitatem explanationis gravitate aequaturus, singulis satisfacisse visus est, cum eius loco τὸ σκληρόν reponeret; nec aliter sibi faciendum censuit, cum πέτρας ἀποκομμὶ ἀπεράμνω,

περι-

περιπεζίω λέξη commutandum esset, cuius loco πέτρηνε, λίθινε, σκληρότατε, presse pariter, & eleganter dixit.

§. VIII.

Progressus vero ultra terminos, quos intra Cōus se tenuerat, non ligno modo atque lapidi, sed ferro quoque illud durum tribuit, qui sapientis cognomento celebratus olim fuit Sophocles: τὸν ἐγκρατέστατον σίδηρον ὀπίθον ἐκ πυρός ^{Soph. Antig. ed. Steph. p. 233.} περὶ σκελῆ θραυσθέντα καὶ ραγέντα πλείς' ἂν εἰσίδοις. Quidem observandum vice ducimus Sophoclem τὸ περισκελές loco τῆ σκληρῆ. quod paulo ante in exprimendis hominum quorundam moribus adhibuerat, solerti consilio usurpasse, cum tamen quibus in ferro describendo uteretur, plures adhuc voces superessent. Ex quo colligas, necessariam plane hanc τῆ ὀνόματι αὐτότητα ipsi visam fuisse, quippe quam splendidioris eloquentiae magistri, si ^{Hermog. de eloq. Meth. c. IV. p. 820.} τῆ πράγματι ἐν ὀνομα ἢ τὸ ἐνεργέστατον non concedunt modo, sed quaerunt etiam, fereque postulant, cum si quis eo loco ambitu utatur, nihil certè aliud efficiat, quam quod dudum censuit Hermogenes, ἐπίδειξιν μὲν ἀκαίρον ἐποιήσατο, χρεῖαν δὲ ἀπολάλεκε τῆς γραφῆς, intempestivam copiam ostentat, scriptique utilitatem perdit. Quod cum Enarrator cuius nomen latet vel non affecutus satis, vel explicatione longiore minus dignum censuisset, succinctam eius nec apertam satis dicendi rationem expleturus ^{Demetrius Triclinius ad Soph. l. cit.} Demetrius Triclinius hoc addidit: τὸ περισκελές ἢ πρὸς τὸ ἐγκρατέστατον συναπτεόν, ἢ πρὸς τὸ ὀπίθον ἐκ πυρός, ἕτως εἰσίδοις ἂν καὶ θεάσατο τὸν ἐγκρατέστατον σίδηρον θραυσθέντα καὶ ραγέντα πλείς' αὐ κατὰ πολὺ ὀπίθον ἐκ πυρός περισκελῆ, ἢτοι ἄγαν βαφέντα καὶ ἔντονον γενόμενον. A quo non discedens Graecae sapientiae Oceanus Ioach. Camerarius, (ita Virum ornat ^{Ioach. Camer. in Comment. ad Soph. 173.} par ipsi in his literis, caeteris vero omnibus maior, C. S. Schurzfleischius) video, inquit ^{περισκελές} durum exponi,

B 3

hoc

Hipp. Coac.
Praes. l. II.
Sect. II. aph.
261.
Anutius Foef.
Mediom: in
Comment. ad
l. cit.

Hipp. de
morb. popul.
l. IV. Sect. XV.

Dioscor. l. III.
c. 63. 95. 149.

hoc tamen etiam loco undique significare puto; quod mentem vocis parum mutat, cum id, quod undique & quaquaversum durum sit, omni mollitie privatum habeatur. Quin imo istam Pabepergensis interpretationem, tanto maiori pretio habemus quanto nos in capiendo quodam Senis loco certiores reddidit. Cum enim caeteri Interpretes dicente *Coσ, οἷσιν ἐξ αἰφνης ἀπυρέτοισιν ἔσιν ὑποχονδρίς, καὶ καρδίας πόνος, καὶ περισκέλεα καὶ τὰ κάτω μέρη* existimassent, *περὶ σκέλεα* Hippocrati de cruribus sermonem fuisse, & ipse etiam Anutius Foefius *Mediomatricus* a se non impetrare potuisset, quo minus horum partes sequeretur, nobis quidem illud persuaderi non potuit, quippe quibus non probatur, cur a praecordiis ad crura, & ab his ad alvum *Coσ* sit transgressus. Quare nos omnino *Camerarium* & ipsum adeo Hippocratem sequentes hanc coniungendam vocem & pectori attribuendam iudicamus, qui, si spatium haud ita longum retro spectamus hoc confirmaturus ait: *οἰδημα ἐν ὑποχονδρίοισι σκληρόν μὲν εὖν κάκιον, ἢ παρ' ἅπαν εἴη τὸ ὑποχόνδριον, ἢ totum pectus & omnes adeo illius partes quaquaversum durae fuerint, ac iterum de filio Hippolochi cum diceret ὡ ἐν τοῖσιν ὑποχονδρίοισι τι περιλαμβανόμενον περὶ ἀμφότερα εἴη τὰ σκληρόν* Interpres convertit cui in praecordiis utrinque collectum erat durum quid; quod si cum caeteris Foefius neglexerit, nos quidem minus exprobramus, nec Seni tamen labem aliquam inferri sustinemus.

§. IX.

Lubentes vero iam semotis ferro & lapidibus, gratum oculis spectaculum plantas videremus, daturas quippe non minorem illa voluptatem, quam olim Plinio exhibuerunt, & ex omni forte numero has seligeremus, quas Anazarbeus

Dioscorides *σπέρμα νασόν σκληρόν λιθάδες καὶ τρογγύλον* Plinius

nus

nius lapillos candore & rotunditate margaritarum, duritia *Plin. H.N.l.*
 lapidea proferre volunt. Sed festinantes ut coeptum exe- *XVII. c. XI.*
 quamur, ostenso quasi e longinquo campo praeterimus. In
 ipso tamen cursu consistentes illos audiamus, qui oblato sale
 se duritiam demonstraturos nec admirando nec spernendo
 etiam conatu pollicentur, praesertim si, quod caeteroquin
 doctus homo, Historiam salis scribens, & Hermolao forte
 Barbaro aut Plinio plus iusto credens asserit, probari possit,
 sale aliquando ita durum esse, ut ne clavis quidem ferreis
 scindatur. Hi vero sciant, e Plinio constare nobis Hamma-
 nientes ista soliditate salis, ut domus inde sibi struerent al-
 lectos esse, nos vero etiam adhuc de gente dubitare. Si e-
 nim vel ex ipso Plinio perspiciamus eam regionem quam
 Hammanientes incolebant arenis quaquaversum circum-
 datam fuisse, docente illud insuper Alexandrino Dionysio, *Eust. in πα-*
 una cum Explanatore, vix fidem nobis facit tales ibi mon- *ρεκτολ. ad*
 tes extitisse, e quibus more lapidis sale foderent. Ac *Dion. Alex.*
 quamvis etiam Herodotus cuius mentionem facere Pli- *ed. Rob.*
 nius dedecori duxit, *χόνδρος* equidem *μεγάλης ἐν κολωνοῖσι, p. 37.*
 quos Valla grumos & micas, Stephanus frustra, Festus colle-
 ctionē terrae minorē tumulo converterunt ibi reperiri di-
 cat, ac forte etiam per *τὰς κολωνὰς* non tumulos aut aggeres,
 vel tumentē terrā cum Valla, Stephano & Isidoro, sed mon- *Isid. Orig. l.*
 tes potius cum Homero Apollonioque designaverit; nihi- *XIV. c. XI.*
 lo tamen minus aberrasse paulo Plinius, & Hammanien-
 tum loco, Atlantes nomen a sale fortitos dicturus esse vi-
 detur, in quorum tractu parens historiae *αἰλὸς μέταλλον εἶ-*
ναι διὰ δέκα ἡμερῶν ὁδῶν, καὶ οἰκία τέτοισι πᾶσι ἐκ τῶν αἰλινῶν
χόνδρων οἰκοδομέασθαι. Et ne quis forte sale aqua ferru- *Herm.*
 minatum esse credat, quo figmento sibi Hermolaus pla- *Barb. l. V.*
 cuit, addit illico *ταῦτα γὰρ ἤδη τῆς Λυβίης ἀνομβρά ἐστιν, ἧ γὰρ* *Coroll. c. 679*
ἠδηνναίατο

Herod. ἡδυναίατο μένειν ἔόντες ἄλινοι εἰ ὕε, vacant autem imbribus,
Melp. c. 178. nam si plueret illic, non possent manere parietes salis.
p. 322. ed. II.

§. X.

H. Steph.

Sed suos hisce salis tumulos & arenas relinquentes,
ad aquas commodum pergamus, cum ne illas quidem sine
fructu spectaturi simus. Recordamur enim litis, & no-
tatos fere veteres videmus, qui aquis & vel ipsi vino durum

Eust. p. 871. aliquod inesse voluerunt. Ita enim Eustathius σκληρὸν δὲ
G. il. de dif- ὕδαρ εἰπεῖν ξενίζῃ πολλὰς, Galenus vero accusationem mo-
fer. puls. l. destia temperaturus, illud ἐκ μεταφορᾶς factum arbitratur;
III. quam litem etsi nostram facere nolimus, ex ipso tamen

Sene meminisse iuvat illum validis adductum rationibus
σκληρὸν de aquis sine translatione aliqua pronuntiasse. Sen-

Hip. libr. de tiebat enim quasdam illarum non modo esse ἀνέψανα, ἢ κί-
aere aqu. 6 σα ἔψεν ἀγαθὰ, vel ut cum Pedacio Dioscoride loquamur,
loc. Sect. ἀκατέργαστα, δύσπεπτα, δυσμετάβλητα, aut cum Galeno,

XX. apb. 3. ἐπὶ τοῖς ὑποχονδρείοις χρονίζοντα καὶ τὸν γαστέρα πλήττοντα, sed
Pedac. Di- etiam in illis plurimum τῆς γεῖδος ἰσίας, vel σαθμῶδες de-
osc. l. II. c. 81. prehendebat. Quia natura cum vina quaedam esse prae-

Erot. diet.

Hippocr.

Athen. l. 1.

c. XXI.

Theopb. l.

VI. de caus.

Plant.

Plin. l. XIV.

c. 22.

constaret, pariratione & τῷ σκληρῷ, ἀυσηρῷ, & ψαφαρῷ
nomen illis datum, & prudens illud etiam commentum
homini excogitatum est, quo durum & terrestre sacco se-
cerneretur, a quo deinceps Graeco ore οἶνⓄ διαχέομενⓄ,
Theophrasto οἶνⓄ ἡδικός, (quod Gaza vinum morale tan-
quam moribus temperatum convertit,) Latino diffusum,
& excolatum, Plinio saccis castratum, viribusque fractum

eo loco dictum, quo de ebrietate vitanda eleganti
ratione verba fecit.



